Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

habitaculo sco tuo. et glorie tue. Ubi est
zelus tuus. et fortitudo tua. Multitu
do uiscerum tuorum et miserationum tuarum.
super me continuerunt se. Tu enim pater noster. et
abraham nescivit nos. et israhel ignoravit
nos. Tu domine pater noster. redemptor noster. a seculo
nomen tuum. LXX. Convertere de celo. et
uide de domo sancta tua. et gloria tua. Ubi est
zelus tuus. et fortitudo tua. Ubi est mul
titudo misericordiarum tuarum. et miserationum
tuarum qua sustinuisti nos. Tu es enim
pater noster. quia abraham non cognovit nos.
et israhel non novit nos. Sed tu domine pater noster
libera nos. a principio nomen tuum
super nos est. Quia tanta populo tuo prestitisti
que superior sermo narravit. ut spe
quoque tui dignos consortio duceres.
nunc quoque attende de celo. et uide
opera nostra. si tamen te digna sunt. Quare a
uertis faciem tuam a nobis. Celum autem dicitur
habitaculum sanctum. et domus glorie eius
iuxta illud. Celum mihi sedes est. terra autem
scabellum pedum meorum. Et in alio loco.
Qui habitat in celis irridebit eos.
et ad te levavi oculos meos qui habi
tas in celo. non quo omnipotens deus qui te
net celum palmo. et terram pugillo.
ullo claudatur loco. sed quod que sanctiora sunt
illius loca et habitaculum esse dicantur. Deni
que salomon qui edificavit domum dei.
ad eum precans loquitur. Celi celorum non suf
ficiunt tibi. Et in oratione dominica dici
mus. Fiat voluntas tua. sicut in ce
lo et in terra. Ubicumque ergo fit voluntas
dei. illud est habitaculum eius. et domus dei.
Quod autem sequitur. ubi est zelus tuus
et fortitudo tua. illo testimonio

dixeramus. quod per ezechiel ad ierusalem dicit deus.
que secuta fuerat amatores suos. Iam
non irascar tibi. et zelus meus recessit a te.
Et est sensus. Quia peccavimus et nos odis
se cepisti. recessit a nobis zelus tuus.
Qui non recedit. loquitur per zachariam. zelatus
sum syon. et ierusalem zelo magno. Unde et in
consequentibus ait. Et irascar super gen
tes que congregate sunt adversum eam
in circuitu. Recedente autem zelo. recedit
et fortitudo dei. et paternorum uiscerum
superatur affectus. dum per magnitudinem
peccatorum incredibilis dei clementia
uincitur. ut contineat se super auxilio
meo. qui me oppressum videre non poterat.
Tu enim inquit es pater noster. qui creator
es omnium. Nescit nos abraham et igno
rat israhel. quia te offendimus. nec cog
noscunt filios. quos a deo suo intelligunt
non amari. Subita nascitur questio. quare
abraham et israhel hoc est iacob posuerit
et nomen ysaac tacitum sit. Ad quod res
pondebimus. principio et fine posito.
etiam media nominari. Sive ita. Abra
ham degentibus uocatus ad fidem est. et
per qualitatem prioris et consequentis
conditionis mutacionem sortitus est no
minis. Iacob quoque ut appellaretur israhel
multo adiit labore per uentum. Unde et abra
ham tres habuit uxores. et iacob quatuor.
ysaac vero ab initio usque ad finem nomen
possedit antiquum. et ecclesie indicans
castitatem. una fuit uxore contentus.
Isti igitur qui precantur de peioribus commu
tacionem in meliorem statum. eorum assu
munt similitudinem. quibus leta prosperi
ta successerit. Hoc autem est omne quod